

# El reial privilegi de mercat a la vila de les Coves de Vinromà (1321-1322)

Pascual Boira i Muñoz i Gustau Viol i Zaragoza

**J**aume II s'havia compromès a confirmar les franqueses o llibertats de què fruïen els vassalls de Montesa en temps del Temple i de l'Hospital, sempre que dits vassalls donaren certes garanties a favor del notari de Montcada, Vidal de Vilanova, conseller reial. Tothom ho va fer menys la tinença de les Coves. El rei, llavors, es dirigeix, amb data de 8 de juny de 1321, al mestre frare Arnau de Soler perquè ho resolga, i devia quedar satisfet perquè el 20 de novembre de 1321, de Tortosa estant, li atorgà un privilegi de mercat per a dit lloc. Es faria en dimecres, i tothom que hi anara tindria garanties. Tanmateix, la data de dimecres no devia semblar massa bé als covarxins, potser per la concurrència del mercat amb algun poble veí. Per això, a petició del mestre, el canvià l'any següent de dimecres a divendres. El document és datat a Tortosa, 5 d'abril de 1322 (*reg.* 221, 216). La forma de fer-ho és redactant un nou document amb el primer inclòs a dins en senyal d'anul·lació.

## Text original (1)

### Loci de Coves

Nos, Iacobus, [Dei gratia regis Aragonum, Valentie, Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone], attendentes nos nuper, ad supplicem postulationem venerabilis et religiosi viri fratris Arnaldi de Solerio, magistri domus milicie de Montesia, concessisse ut in loco de Covis de Avinromano, milicie supradicte, celebraretur mercatum in die mercurii cuiuslibet septimane, prout de ipsa concessione apparet per privilegium nostrum quod inde fieri fecimus, continentie subsequentis:

Nos, Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, et cetera, ad humilem supplicationem vestri, venerabilis et religiosi fratris Arnaldi de Solerio, magistri monasterii beate Marie de Muntesia, Calatravensis ordinis, concedimus quod in loco de Covis de Avinromano, dicti ordinis, sit et celebretur mercatum in die mercurii cuiuslibet septimane, volentes et concedentes quod omnes et singuli, cuiuscumque legis, status aut condicionis existant, venientes ad dictum mercatum, malefactoribus et bannitis dumtaxat exceptis, sint salvi et securi, cum omnibus bonis seu mercibus suis, inveniundo ad ipsum mercatum, stando et eciam redeundo, ita quod non capiantur vel pignorentur in persona vel bonis suis, culpa crimine vel debitis alienis, nisi ipsi principales debitores fuerint aut fidei iussorio nomine obligati, nec etiam in hiis casibus, nisi prius in eis vel

bonis eorum reperta fatiga fuerit de directo. Mandamus igitur per presentem cartam procuratoribus eorumque vices gerentibus nec non baiulis, iustitiis ceterisque officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod presentem concessionem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Quicumque autem contra predicta, ausu temerario



Jaume II

ductus, venire attemptaverit, iram et indignationem nostram et penam .d. aureorum, nostro erario applicandorum, se noverit incurrisse, dampno illato primitus et plenarie restituto. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum nostrum appendicium iussimus apponendum. Datis Dertuse, xii<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Domini m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> xx<sup>o</sup> primo. Signum + Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valentie, Sardinie et Corsice, ac comitis Barchinone. Testes sunt inclitus infans Petrus domini regis filius, Berengarius Dertusensis episcopus, Guillelmus de Montecatheno, Othonus de Montecatheno, et Raimundus Cornelii. Sig + num